Mus. ant.
pract.
G 140

Musik 26+
G 140

Mathemat. Fol. 136. T 3 1620

THESAURUS
GRATIARUM,

# IN QVIBVS CONTINENTVR DIVERSORVM AVTHORVM CANTIONES SELECTISSIMÆ, VTPOTE:

Præambula, Toccadæ, Fugæ, Fantasiæ, Galliardæ, Courantes, Voltæ, Alemandi, Passomezi, Branles & eius generis Choreæ ad Testudinis tabulaturam artificiosissimè redactæ,

STVDIO,
LABORE ET INDUSTRIA
JOHANN-DANIELIS MYLII, WETTERAno-Hassi, T. & Med. Candidati.

*Thresor des Graces*

# AVQVEL SONT CONTENVES

DIVERSES PIECES D'ESLITTE, ASCAVOIR DES PREAMBLES, TOCCADES, FVGES, FANTASIES, GALliardes, Courrantes, Voltes, Allemandes, Passomezes, Branles & aultres semblables,

*Recueillies en diligence de diuers auteurs, & accommodées a la tabulature du Lutt,*

Par

*JEAN DANIEL MYLIVS, &c.*

Thesauriolus Gratiarum, das ist / Schatzkästlein / Darinnen

# Allerhandt auszerlesene Stücklein / Præambuln / Toccaden / Fugen / Fantasien / Galliarden / Curranten / Volten / Teutsche Täntz / Passomezen / Branlen vnd derengleichen zur Lautten Tabulatur gebracht / vnd auß vnderschiedlichen Autoribus zusammen gelesen /

Durch

Johan Daniel Mylium etc.

FRANCOFURTI AD MOENUM
*Sumptibus* IACOBI DE ZETTER, *Typis* HARTMANNI PALTHENII.

*ANNO M. DC. XXII.*

# PRÆLOQVIUM AD LECTOREM.

NOn ut omninò novas & à me allatas, candide & benevole LECTOR, haſce meas ſuſcipe & ſuſpice: Fateor equidem me quarundam Melodiarum autorem non eſſe, nihilominus tamen multorum & diverſorum exemplarium inſpectio, ac cantionum ejuſmodi collatio & tranſpoſitio talis, ut TESTUDINI ſit accommodata, nonnullo mihi labore conſtitit. Sed tàm laboris quàm periculi magnitudinem vicit lepor & utilitas. Compoſitionem tamen meam in his GRATIARUM THECULIS etiam partim invenies, quam Domini & Amici mei ſummâ obſervantiâ mihi colendi, ſæpius à me flagitarunt, quorum conſilium denique ſum ſecutus.

Propterea Te, LECTOR Candide, quicunque, ubicunque es, rogatum volo, ut ad Apollineam hanc meam Teſtudinem bonum intellectum, non malum affectum afferas: hacque meâ communicatione Orphæâ, benè fruere, quam ſi intellexero æquo animo â Te exceptam eſſe, plura quæ non minus ad aurem, à me expectabis. Iterum feliciter fruere, & hanc lætâ fronte ſuſcipe, lege, proba, judica, me tibi deinceps quoque commendatum habe, & mecum æternùm vale. Datæ Mœno-Francofurtô, Menſe Septembri, Anno ultimæ Chriſtianorum militiæ, M. DC. XXI.

## Preface au Lecteur.

*AMy Lecteur tu receueras regarderas & fuelletteras ces pieces non comme toute miennes. Or ie confeſſe volontiers qu' il y a quelque melodies non miennes. Mais il fauldra auſsi qu' ils concedent que la reueue & collation de pluſieurs exemplaires, & le chois de quelques chanſons, auec la tranſpoſition de quelques clauſules accommodées a la tabulature du Luth n' a eſté ſans grande peine & trauaill, ſurmonte neantmoins par la doulceur. Ioint que tu y trouueras vne bonne partie de ma compoſition, publicé en fin a la requeſte de quelques bons amys & patrons.*

*Parquoy amy Lecteur Ie te prie d' apporter a ceſt Threſor des Graces vn bon entendement ſans preiuge ou affection contraire, & prendre en gré ceſte mienne communication & en vſer fauorablement. Et ſi i' entens quelle t' eſt aggreable, ie taſcheray d' y adiouter auec le temps encor des aultres non moins plaiſantes. Recoy donc benignement ce Threſor & en vſant heureuſement aye moy pour recommando. A Francfort ſur le Main en Septembre de l' anné* 1621.

## Vorrede an den günſtigen Leſer.

DJeſe Stücklein / günſtiger lieber Leſer / ſoltu nicht anſehen vnd auffnemmen / als wann ſie alle von mir allein gemacht weren / welches ich dann zwar gern geſtehe / daß etliche Melodeyen hierin / ſo ich nicht gemacht: aber gleichwol muß man das bekennen / daß vieler vnd vnderſchiedlicher Exemplaren Erſehung / vnd Verſetzung etlicher Clauſulen / daß ſie ſich zuſammen vnd auff die Laute ſchicken / nicht ohne Mühe vnd Arbeit / hat geſchehen können / welche aber die Lieblichkeit vberwunden. Beneben dem / daß du auch einen guten Theyl hierinnen wirſt finden / welche ich ſelbſten gemacht / vnd alſo mit einander auff Bitt vnd Begehren etlicher meiner guten Freundt vnd Patronen an Tag gegeben.

Bitte derhalben dich / günſtiger Leſer / du ſeyeſt gleich wer oder wo du wolleſt / du wölleſt zu dieſer meiner Tabulatur der Lauten einen guten Verſtandt ohne widerwertiges Gemüht vnd affect bringen. Vnd vnder deſſen mit dieſer meiner wolgemeinten Communication für lieb nemmen / vnd derſelbigen gebrauchen. Vnd da ich ſolte gewahr werden / daß ſie dir angenehm / ſoltu noch mehrer / ſo nicht geringerer Lieblichkeit / von mir gewertig ſeyn. Hoffe alſo / du werdeſt ſie günſtig annemmen / brauchen / davon vrtheilen / vnd mich dir laſſen befohlen ſeyn. Geben zu Franckfurt am Mayn im Herbſtmonat deß 1621. Jahrs.

VIRIS

*Amplißimæ dignitatis nitore,*
*Sapientiæ ac prudentiæ vigore,*

# CLARISSIMIS, HUMANISSIMIS, SPECTATISSIMIS,

DN. GERHARDO Bien/
DN. MARTINO Müller/
DN. JOHANNI Schwindt/ } Senatoribus, Scabinis & Scholarchis, necnon respectivè Ærarij Adsessor. in Imperiali Francofurto celeberrimis;

DN. CASPARO Van Uffele/
DN. WILHELMO Von der Strassen/ } *apud nobiles Mœno-Francofurtenses Civibus Primarijs;*

DN. DANIELI CORNMANNO,
DN. MELCHIORI THILONI, } *Illustr. D. D. Frid: Com: Solm. &c. huic Secretario, illi Cellario Rüdelhemi;*

DN. STEPHANO WISMAN, *Civi & Mercatori Hanovi perdigno;*
DN. MARTINO à FALCKENBERGA, *Civi Mœno-Francofurti præstantißimo;*

DOMINIS, MOECENATIBVS ET FAVITORIBVS MEIS
PIE JUGITERQUE COLENDIS,

*Hanc Opelli nostri Dedicationem reverenter qua possum, animi submißione, in mei commendationem ac favorem*

DONO, DICO, CONSECRO.

VOs MOECENATES, celeberrima lumina, quorum
Et Pietas, Gravitas vera recensetAvos:
MUSICÆ ô Altores, verè aurea corcula PHOEBI,
Ac PATRIÆ vestræ, FRANCOVADIQUE faces:
Vestris constitui TESTVDINE carmina dextris
Tradere, jam longâ tota parata vice.
At mihi nescio quis geminam suggessit in aurem:
Si divinandum sit mihi, PHOEBUS erat:
ORPHEUS, aut certè Cytharœdus APOLLO, vel HEBRUS,
TERPSYCHORE, AMPHION, vel fuit alma CHARIS:
Aut certè PHRYGIUS, LYDIA, aut DELPHINUS, ARION,
Mulceriq; Chely pectora vestra magis.
Hunc morem gessi, Chordis scripsiq; libellum,
Quem VOBIS gratum Spes ait ipsa fore.
Ast, qui doctrinâ, rerumq; excellitis usu,
Præstantes animi, vos pietate viri:
Consilioq; graves, claris virtutibus aucti,
Annuite, & votis pondera ferte meis.
Despicere ORPHÆUM, precor, hunc nolite LABOREM,
Vester erit labor hic, gloria, vester honor.
Notitiæ veteris memores renovate favorem:
Nam tulit is nunquam, dira venena, dolum.
Non tulit is dubios animos, non mobile quidquam;
Fluctuat vt vasto vasta procella mari.
De meliore notâ, magnum parietq; favorem,
Me commendabit, MUSICUS ARDOR alet.
Hoc equidem vestrum decus est, virtusque, PATRONI,
His, veluti moles saxea, stabit opus.
His veluti roseum jubar à Titane coruscans,
Exiguum pulsâ nube micabit opus.

Ergo meas VOBIS sincero pectore Chordas
Offero, commendo, trado, dico, voveo.
Offero parva quidem, meritis nec consona vestris:
Pro meritis gratum me tamen esse decet.
Accipite hæc animis sed qualiacunq; benignis,
Quandoquidem fieri nomina vestra volunt.
Accipite; excellens vestra est mihi cognita Virtus;
Fama, Fides, Animus, Gratia, Candor, Amor.
Accipite ALTORES: vos tandem stirpe beatos
Innumerâ faciat surgere posse Deus!

## AD DOMINVM GERHARDVM Bien.

GERHARDE, *flos Senatus,*
FRANCOVADI *Scholarcha &*
*Scabine, percolende*
PATRONE *Musicorum:*
*Supremus ille* JOVA,
*Poli, soli Dynasta,*
*Te servet & secundet,*
*Et plurimum secundet,*
*Feliciterq; servet,*
*Tot mensibus, tot annis,*
*Tot mensibus, diebus,*
*Quot siderum serenis*
*Nox fulgurat choreis,*
APESq; *purpurantem*
*Circumstrepunt Hymettum,*
*Cultos ferunt per hortos*
*Quot mella* APUM *sapores,*
*Cultos ferunt per agros*
*Quot flosculi colores.*
*Te præstet ille sanum,*
*Et vndiquaque planum:*
*Det te nihil patisci,*
*Det semper at fruisci*
*Aurâ secundiori,*
*Aurâ salubriori,*
*Vitâ suaviori,*
*Vitâ beatiori,*
*Quietiore vitâ,*
*Et lætiore vitâ:*
*Rata sint vt hæc, supremo,*
*Solenniore ritu,*
*Valentiore nisu,*
DEO *preces litabo,*
*Mecum preces litabit,*
*Forsan potentiores,*
DEO *faventiores,*
*Musarum alumna pubes,*
*Phœbo dicata proles:*
BIENI, *vale, polite*
*Vir, Nestoris per annos*
GERHARDE, *flos Senatus,*
FRANCOVADI *Scholarcha &*
*Scabine, percolende;*
PATRONE *Musicorum!*

## AD DOMINVM MARTINVM MÜLLERVM.

MÜLLERE, optime vir virûm optimorum,
Grandis FRANCOVADI decor SENATUS,
Sat Te, sat benè dî deæque donis
Mactarunt gravibus: MINERVA pectus
Contulit niveum, venusta frontem
Serenam SAPIENTIA, oſque PHOEBUS,
JUPPITERque animum, catum cerebri
HERMES ingenium, genus decorum
Et bonum GENIUS. velis quid ultra?
Certè nil melius datare dictis,
Quivissent tibi dî deæque donis,
In priscum licet hîc redisset Orbis,
Quod nunc non fieri potestur, aurum.
O laus quanta Tibi hinc virescit, ô hinc
Quàm nunc in celebri viges Senatu,
Quàm tu nunc vigili nites labore,
Quàm tu nunc nitidâ micas decore,
Quàm tu nunc q; clues sacro valore,
Quàm tu nunc q; vales fide probatâ,
Quàm flectis benè MUSICAM politam,
Mactarunt gravibus, colende FAUTOR,
Quàm Te quàm benè dî deæq; donis,
MULLERE, optime vir virûm optimorum!

AD

## AD DOMINVM JOHANNEM Schwindt.

*INter honorandos virtute fideq; politos,*
*SCHWINDIADES, Clarij lumen, amorq; lacus:*
*Dicam, quo pulchro benè ſtat Reſpublica fixa,*
*Vel quid mortales terrigenaſque regit.*
*Lex regit & ſervat mundum: ſine legibus ampla*
*Curia nec ſtabit, nec Schola, Templa, Domus.*
*Sunt vitæ nervi leges, fonteſque bonorum,*
*Vſus vt accedat, poſtulat artis amor.*
*Diligis Aonias artes, quoque* MUSICEN *ornas,*
*MUSICEN ipſus amas, protegis atque foves.*
*Virtus hinc; MEUS ES, MEUS ES; Pietaſque profatur:*
*Muſæ; noſter amor totus es ipſe; ſonant.*
*Muſis; virtuti ſis charus; charior arti,*
*SCHWINDI, ſis animi pars pretioſa mei.*

## AD DOMINVM DANIELEM CORNMANNVM MARPURGENSEM.

SVnt charites nudæ, mentis candore venuſtæ
Eximiâ cunctis ſimplicitate placent.
Lætitiam EUPHROSYNE, præclarum AGLAIA nitorem
Portat, ſed tuus eſt blanda THALEIA lepos.
Ornavêre tuam CHARITES, CORNMANNE, figuram
Hæ manuum mirâ ſedulitate Deæ:
Commendatq; virum Te MUSICA bella, ſerenat
TE lepor ac mores, & decus, atq; fides.
Integritas, latitans ſub pectore candida Virtus
Caſtalidum inſinuant te ſine fraude choro.
Ipſe faves doctis, hinc doctior omnibus ipſe,
Es probus & conſtans, ingenuuſque bonis.
Candidus hinc cunctis acceptus haberis & audis:
Hinc amo Te; meus ô ſis; Tuus eſſe volo.

## AD DOMINVM MELCHIOREM THILONEM.

*VT poſſis ſortis contemnere tela novercæ,*
*Mentem ornas chordis, candide* THILO, *tuam.*
*Et ne cura tui grandis penitralia cordis*
*Irrepat, cordi* MUSICA *culta tibi.*
MUSICA blanda DEI laudes modulatur, & odis
Svavibus humanum MUSICA pectus alit.
MUSICA fida parens hominum fera pectora flectit,
Eſt inopum dulcis MUSICA fida parens.
MELCHIOR *incolumis longos feliciter annos*
*Vive! vir &* MELIOR *ſorte decenter ova!*

## AD DOMINVM CASPARVM Van Vffele.

IPſe faves Muſis, VFFELI hac arte polite,
Scis, nil Phœbéo dulcius eſſe croco.
MUSICA *dat famam, vivam dat* MUSICA *vitam,*
*Æternumq; parit,* teſte Platone, *decus.*
Qui temnit Muſas, à Muſis temnitur: at tu
Quòd colis has, perpes concipis inde decus.
Nomine perpetuò potis es clareſcere; factum
Jam cenſe, quando noſtra Thaleja placet.

## AD DOMINVM GVILIELMVM Von der Strassen.

*CVrrit ad Antipodas, Garamantas, currit ad Indos*
*Mercator vitæ nescius ipse suæ.*
*Se pelago credit Boreæ obluctante, nec ulla*
*Prælia ventorum curat ab Hippodate.*
*Sed quia parva fides hominum reperitur in Orbe,*
*Fidendum paucis, nè malè perdat Opes.*
*Cautus es inq;* VIA, *non devius, at pius extas,*
*Ipse bonum summum sorte decenter habes.*
*Hinc,* GVLIELME, *vir es, quo non præstantior alter,*
*Quem Virtus, Probitas, quem beat alma Fides.*

## AD DOMINVM STEPHANVM Wißmann.

SOle prius poterit, quàm certis Mundus amicis
Destitui: candor nervus amicitiæ est.
Livor habet multos, qui, quæ videantur honore
Digna, vel imminuunt, vel reticenda putant.
Infelix quisquis pectus disjungit ab ore,
Non faciens menti congrua verba suæ.
Absit ab ingenuis versutus fucus amicis:
Quæritur in cultis candor & alma fides.
Candidus ex animo es, WISSMANNE colende PATRONE:
CANDIDVS immò, tuo nomine teste, VIR es.

## AD DOMINVM MARTINVM A FALCKENBERG.

MARTINE, *claris edite Patribus,*
*Necnon politis artibus ebrie,*
*Quem Te putem? Te quando planè*
MUSICUS *ardor habet Magistrum:*
*Est in tuo rarum admodum & insolens*
*Callere divinam ordine* MUSICEN,
*Certè inter artes illa primùm*
MUSICA *negligitur peritas.*
*Quæ caussa? juvit quàm olim ea plurimos!*
*Et nunc juvaret certè ea plurimos,*
*Si nunc simul grata esset, atque*
*In pretio clueret vetusto.*
*Te laudo,* FALCKENBERGERIDES: *Bonis*
*Musis litâsti & pervigil artibus:*
*Te laudo, Te sic dico: Nam tu*
*Nobilis arte vales* APELLES.
O TE *benigni cura* DEI *diu*
*Tutum periclis præstet ab omnibus,*
*Vivas & ô faustus senescas,*
*Alter in arte clues qui* APELLES.

DABAM FRANCOFVRTI *ad amœnissimam Mœni ripam, ex Musæi mei domicilio, mense Septembri,* ANNO

Spes, aMor atq; fIDes IVVat; ast patIentia VInclt.

Clariss. & Ampliss. Dignit. Vestr.
observantissimus & deuotus

JOHANN-DANIEL MYLIUS, Wetterano-Hassus, Th. & M. Cand.

JUVE-

*JUVENIBUS FLORENTISSIMIS,*

Eximiæ, quà genus & ſtemma, nobilitatis fulgore,
Virtutum excellentium ſplendore,

# *ORNATISSIMIS, SPLENDIDISSIMIS,*

*HUMANISSIMIS,*

DN. BONAVENTURÆ & DN. ARNOLDO à BODECK, Frr. Germanis;
DN. JOHANN-FRIDERICO & DN. MICHAELI RULANDIS, Frr. itid. Germ.
DN. JOHANN-CONRADO Fiſchbach/ | DN. ARNOLDO Schultheiß /
DN. JOHANNI Hengiart / | DN. DANIELI DE NEUF-VILLE,
DN. HERMANNO Haaß / | DN. JACOBO Gutthalß / JUNIORI:

in Imperiali Mœno-Francofurto hodiè commorantibus præſtantiſſimis, Dominis, Amicis & Fautoribus meis plurimùm obſervandis,

*SALUTEM ET AMOREM APOLLINAREM.*

---

MUnera parva fero. Quid enim? Majora, negatur,
Ferre: ſed & parvis gratia rebus ineſt.
Sæpè deos parvo delectant farra ſalino:
Sumſit Alexander ſic quoque fontis aquam.
Accipite & læto FRANCFURTI lumina vultu
*Lympham*, quam tenerâ fert mea *Nympha* manu.
*Lympham* non Nereî, ſed *Phœbi* ex fonte petitam:
Suſtulit hæc grati pectoris hauſta ſitim.
CHRISTUS *fons vitæ irroret vos flumine dîo*,
*Veſtraq; colluſtret lumina corda, precor.*

## AD DN. BONAVENTURAM ET DN. ARNOLDUM à BODECK, Fratres Germanos.

*ESt Virtute nihil ſuavius, nihil*
*Dulcius, nihil elegantius, nil*
*Gratius, pretioſius nihil, nil*
*Tandem carius: aurea huiſce cedunt*
*Mala illa Heſperidum, metalla cedunt*
*Huic pergrata Mida, fluenta cedunt*
*Huic gemmata Tagi, Indiaq; grandes*
*Præſtantis lapides valoris, omne*
*Quicquid mundus habet valore mundum*
*Virtus anteit una & antecellit.*
*Tu teſtis, jubar ordinis coruſcum*
BONAVENTURA, *Tui, es profectò talis:*
*Virtuti ſtudium Tuum ut dicâſti,*
*Ejus ac placidâ caput rigâſti*
*Chordâ nobile perpetim, eniteſcis*
BODECCERE *decus, decoro honore*
*Famam, nobile, grande habeſq; nomen.*
*Hanc ſortem Tibi grator ac Honorem,*
*Et Famam, & Tibi gratulor Favorem,*
BONAVENTURA: *ſub his tamen ſalutem*
*Felici precor ævitate longam!*
*Talem*, ARNOLDE, *Tibi precor ſalutem,*
BODECCERE, *mea fave decenter*
*Chely*; FRATER *ut*: *annuet* IEHOVAH
*Hinc ſummus precibus meis, perennis*
*Laus nullo Tua conticeſcet ævo,*
*Culte* ARNOLDE, *Domus Tua corona!*

* * *

## AD DN. JOHANN-FRIDERICUM ET DN. MICHAELEM RULANDOS, Fratres Germanos.

RVLANDI Fratres, gens præclariſſima, verè,
Cujus ad extremas gloria lata plagas:
Inter honoratos pia vos aliquando Patronos
Carminis æterni Muſa locabit ope.
Fama RULANDORUM quovis ut tempore vernet,
(Nobilius certè non queat eſſe decus)
Illuſtrate Domum Veſtram virtutibus ipſis,
Non ſinite hanc propriâ laude vacare Domum.
Vivite felices, & ab iſtâ ſtirpe RULANDOS
Innumerâ faciat ſurgere poſſe DEUS.
Vivite concordes FRATRES, defendite veſtram,
Conſecro quam vobis, quam dico ritè, Chelyn.

## AD DN. JOHANN-CONRADUM Fiſchbach.

*CAndor & Integritas, & clara Modeſtia, Virtus,*
*Innocui Mores & Pietatis Amor:*
*Devinxêre Tibi me totum, dulcis* AMICE,
IAN-CONRADE, *tua ſplendide gentis honor.*
*Has animi dotes quis non reverenter amaret,*
*Et Charitum coleret dedita corda choro?*

AD

## AD DOMINUM JOHANNEM Hengiart.

CEu flos quem Zephyri ventilat aurula
Pulchram germinibus replet humum suis,
Et fructus varios in tacito simul
Secum salvus habet loco;
Sic certè est & homo, si faveat huic potens
Et diva aura DEI, ac gratia cœlica,
Hunc Orbem variis nobilitat bonis,
Donis & ornat ingeni.
Talis IANE clues ample: Tibi tuos
Fructus inseruit IOVA simul, bono
Sic flos esse potes Tu genio virens
Et prodesse Tuæ Chely.

## AD DOMINUM HERMANNUM Haaß.

*ECce! VIR & DOMINUS, mihi amande HERMANNE, vocaris:*
*Nomine quod dico testificante tuo.*
*Divinare DEI proprium est, & fingere vatum,*
*Fictio sed vatis sæpe fit augurium.*
*Divinabo: HAASI, VIR eris simul inclytus HEROS,*
*Signa quod ampli animi splendidiora docent.*
*Nec dubito; DOMINUMque VIRUM, ceu nomina testant,*
*HEROEM tractu temporis ipse dabis.*

## AD DOMINUM ARNOLDUM Schultheiß.

SCribere decrevi, quid scribat amicus amico,
Hoc, ARNOLDE, boni nominis omen ama.
Non cecidit casu quòd, SCULTHEIS chare, voceris
PRÆTOR: re præstans nominis omen habes.
Ipse moves chordas, Chelyn est miratus & artem
PRÆTOR, APOLLO Tibi vocibus, arte faver.
Divitiæ pereunt Arabum, sed MUSICA durat:
Quæ veniunt Musis, pectora læta placent.
Pectora læta placent: nomen post fata superstes;
Cætera dispereunt, MUSICA sacra manet.

## AD DOMINUM DANIELEM DE NEUF-VILLE.

*TV quoque Castalidum flos illibate, NOVILLA,*
*Conveniens nomen qui DANIELIS habes:*
*Dulce novenarum decus es splendorq; sororum,*
*Namq; Tuo Cordi gratia magna Chelys.*
*Ardor id omne facit dulci modulamine plenus,*
*Quod tremulis manibus flectis & arte tuâ.*
*Ergo novenarum chordis qui mente sororum*
*Addictus totâ es, fulguris instar eris.*

## AD DOMINUM JACOBUM Gutthalß / JUNIOREM.

CVlte IAÇOBE, PATRIS Spes & Candoris imago,
Gratia cui nomen mite BONUMque dedit;
Tàm benè de nobis niveâ pietate mereris,
Candorem ut nequeam sat celebrare tuum.
Donec erit Pietas, dum lumina videro Phœbi,
Non potero vultus immemor esse Tui.

*Scripta Mœno-Francofurtô, Mense Septembri, Anno:*
SVb æVo MVsICa DVrat.

*Nobilitat. Humanitat. & Dominat. Vestr.*
*integer ac totus*

Iohann-Daniel Mylius, Wetterano-Hassus, Th. & Med. Cand.

Grammatica
Illustriss: Doulandi






Præludium.
Præludium.

Præludium.



Præludium.



Præludium.

Præludium.



Præludium.



Præludium.



## Præludium.



## Præludium.

Præludium



# Præludium



Præludium.



# Præludium.



Præludium.



Præludium.



Præludium.



Præludium.



Præludium aliud.



Præludium.



Præludium.




Toccada

# Toccada Nobiliſsimi Victoris Galli.





Toccada



Toccada

Toccada

Toccada

Toccada













Toccada













Toccada Nobilis: Jonatoris Gautier.



Toccada Ejusdem

Toccada



Toccada.



Grammatica victoris Galli.





*Seconda pars*
*Ejusdem:*





# Grammatica Rosideri

## Angli generosi.






Fantasia



FANTASIA





E


34
Secunda pars

Fantasia





Fantasia.




Fantasia.



# Fantasia.



# Fantasia.



# Fantasia.





# Pauana Wilhelmi Angli.





# Pauana Anglica.

*Ejusdem.*





# Pauana Anglica Excellens.





# Pauana Anglica alia.





# Pauana Dowlandi. Angli.





Pauana Dowulant







# Pauana Anglica.





Pauana Anglica



H.2.




Pauana
Anglica.





Pauana.




Pauana


Pauana



# Pauana.




Courante

Courante



Courante


Courante
Courante


Courante

Courante

Courante



Courante




Courante
Courante



Courante.



Courante



Courante


Courante

Courante.



Courante



82

Courante




Courante

Courante



Cour:

Courante



Courante



## Balletto



Balletto

Balletto

90

Balletto



## Balletto Tessier.

## Balletto

## Balletto Mertelij.



## Balletto Ejusdem.




Volte.
Volte.


Volte
Volte


Volte
Volte


Volte
Volte
Volte


Volte
Volte

98




Volte.
Volte.
Finis

Ars
Musica
Basis

c Mus. instrum.
Mus.-pract. ant.